



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Ioannam Vrsinam à tußi. 226

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

cruciabatur, fronti oculisque applicatur. Ecce tibi! continuo & fœmina videre, & febris remittere, & dolores cepere omnes elanguescere.

225 Eadem euenta Hieronymus habuit Gabriellus, puer ibidem nobilis ac tener: cui cum febrium æstus, & lateris dolores atrociter insultarent, vix aliquid reliquere, quod salutem ægro promitteret: Tamen & hunc IGNATII nomen ab interitu morboque vindicauit, anno CIO. ID. XCVII.

226 Proximo post biennio Iohanna Ursina, puella etiam dum lactens, periculose tussiebat: neque iam lac ducere, neque a deo quibat animam recipere: cum Cornelia puellæ mater, princeps fœmina, maturauit IGNATIO infantis valetudinem commendare; precata, ne qua rei mora esset, quo planius omnes, ab IGNATIO adiutam

adi
pue
mic
secu
tuff
dirc
Fixa
sepi
cep

Rug
stre
bat
nus
aur
cor
cun
imn
riur
ac p
uiff
dat

22
iun

adiutam esse cognoscerent. Iam puella noctem vnam diemq; dimidium infomnis duxerat : quæ secundum vota , illicò dormire, tussiq; post libera ad officium redire, atq; vbera caput reposcere, Fixa est eam in rem pro IGNATII sepulcro tabella, opis rogatæ acceptæque index.

227 Eodem tēpore Anna fuit Ruggiera; cui intestinus aurium strepitus caput miserè obtundebat; isque tantus ac tam diuturnus (annuum propè tulerat) vt auris dexteræ vsum omnem illi corruerit. Sed in eam partem cum quædam IGNATII pignora immisisset; votoque, anniuersarium ieiunium sub eius natalem, ac postridie sacrâ synaxin, decreuisset: pristinam valerudinem, sedato auriū tinnitu, recuperauit.

228 Domesticum est, quod subiungam. Michael Vasques, vir in
Socie-